



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

9. De Euchario Presbytero, qui per memoriam sancti Stephani à calculo liberatus, & postea mortuus, ope eiusdem martyris, cum de memoria eius reportata, superq[ue] iacentis corpus missa esset ipsius ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

*Augustinus ibidem de Eucharis presbyter,
qui per memoriam S. Stephani a calculo li-
beratus, & postea mortuus, ope eiusdem mar-
tyris, cum de memoria eius reportata super
iacentis corpus missa esset ipsius presbyteri tu-
nica, suscitatus est.*

CAP. IX.

Eucharis presbyter ex Hispania, Cal-
mæ habitans veteri morbo calculi labo-
rabat, per memoriam supradicti mar-
tyris, quam Possidius eò aduexit Episcopus, li-
beratus factus est. Idem ipse postea morbo
præualefcente, mortuus sic iacebat, ut ei
pollices ligarentur, opitulatione memo-
riae martyris, cum de memoria eius reportata
super iacentis corpus missa esset ipsius pre-
sbyteri tunica, suscitatus est.

*Tunica pres-
byteri at ta-
ctus SS. reli-
quiarum san-
cti Stephani, mor-
tus suscitatus.*

*Augustinus ibidem de Martiali gentili
infirmus cum baptismum & fidem Christi-
anam repudiaret, per generi sui orationem
apud memoriam S. Stephani deuote
baptismi gratiam magno cum desiderio
cepit.*

CAP. X.

Fuit ibi vir in ordine suo primarius,
nate Martialis, æuo iam grauis, & ma-
lum à religione abhorrens Christianus.
Habebat sanè fidelem filiam, & generum
idem anno baptizatum. Qui cum agrotans
multis & magnis precibus & lachrymis ro-
garent, ut Christianus fieret, prorsus abnu-
tiauisset.